



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Capitvlo Nicosiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Nec credas excellentia regiae aliquid desperare si Regi Regum, qui auferit spiritum Principum & in regno Cypri te secularibus prætulit, sua jura conservans, ecclesiastica non usurpes, quæ ipsi Domino specialiter ascribuntur. Datum Laterani Idibus Ianuarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

*EPISCOPO, ET PRIORI
sancti Petri, & Archidiacono
Matifconensibus.*

*Epist. 205:
Scribitur pro
Decano Divio-
nenſi.
Vide ſuprā epift.
203.*

AD audientiam nostram dilecto filio I. Decano Christianitatis Divionensis significante peruenit quod nonnulli Iudei Eduensis, Lingonensis, & Cabilonenſis dioceſum ſuper quibusdam debitis, ſidejufionibus, & rebus aliis iſum in ſeculari foro convenire nituntur, quamquam paratus exiſtat coram ecclesiastico iudice ſtare juri. Quocirca diſcretioni veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatenus, ſi eſt ita, dictum Decanum non permittatis ſuper hoc ulterius moleſtari, quamdui pa- ratus fuerit in foro ecclesiastico reponde- re. Quod si non omnes &c. tu, frater Epifcope, cum eorum altero &c. Tu de- niue, frater Epifcope, ſuper te ipſo &c. Datum Laterani xiv. Kalend. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

CAPITVL O NICOSIENS I.

*Epift. 206.
Ejusdem argu-
menti cum epi-
ftola 204.*

SI carnale coniugium liberas exigit con- trahentium voluntates, & perfonis ad contrahendum legitimiſ ſolulti conſenſus non eſt interdicta libertas, durum nimis eſt & absurdum ut Ecclesia non ſuo ſed alieno iudicio contrahat, & ſpiritualis con- traetus conjugij ex arbitrio pendeat laicali. Sanè, ſicut accepimus ex litteris venerabiliſ fratri noſtri Patriarchæ Ierosolymitani apostolica ſedi Legati, cùm trācetariſ de präficiendo vobis aliquo in paſtore, in duos unanimiter conueniſtis, cariſſimo in Christo filio noſtro illuſtri Regi Cyprī primitus nominando, ut quem ipſe priu de illis duobus eligeret, präficeretis vobis in präfule electione ſolemni. Sed cùm hoc canonicis obviet iſtitutis & ecclesi- ſticæ ſit contrarium libertati, idem Patriarcha electionem quam ſub tali forma de veſtræ Thesaurario Eccleſiae celebraſtis, non perfonæ, ſed electionis vitio, au- toritate noſtra irritam nuntiavit. Ceterū eti poenam merueritis, cùm ſuper hoc non ſitis immunes à culpa, quos nequit hujusmodi corruptelæ non conſuetudinis anti- quitas excuſare, nos tamen de benignita-

te ſedis apostolicae agentes vobis ſum miſericorditer in hac parte, univerſitati veltræ per apostolica ſcripta mandamus quatenus conuenientes in unum, & sancti ſpiritus gratia, ſicut moris eſt, invocata, in pa- trem & Epifcopum animarum veſtrarum vobis perſonam canonice ac concorditer eligatis, quæ prodeſſe valeat & präſeſſe, per cujuſ circumſpectionem providam & providentiam circumſpectam Nicofeniſ Eccleſia, präveniente divina gratia & ſequente, ſalubriter valeat in ſpiritualib⁹ & temporalib⁹ gubernari, cujus elec- nem, ſi veſtris volueritis parcere laborib⁹ & expenſis, memorato Patriarche ac ve- nerabiliſ fratribus noſtriſ Cæſareniſ Archiepifcopo & Epifcopo Aconenſi, qui- bus ſuper hoc vices noſtras committimus, präſentare curetiſ, ut ipſi, remoto appella- tionis obſtagulo, conſirment vel infir- ment eandem, ſecundum quod de jure fuerit faciendum. Datum Laterani xviii. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

In eundem modum ſcriptum eſt ſuper hoc eisdem uſque temporalib⁹ gubernari. Ideo- que fraternitatи veſtræ per apostolica ſcripta mandamus quatenus cùm prädictum Capitulum electionem prädictam vobis curaverint präſentare, vos auctoritate no- ſtra ſublato appellationis obſtagulo conſir- metis vel infirmentis eandem, ſecundum quod de jure fuerit faciendum. Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum &c. Vos de- niue, fratres Patriarcha, Archiepifcope, & Epifcope, ſuper vobis ipſis &c. Datum ut ſuprā.

*P A T R I A R C H E
& Capitulo Antiocheniſ.*

QVANTO Antiochenia Eccleſia major, *Def. in* domino diſponente, präminet dignitate, tanto vobis eſt ſollicitus providen- *Ne quid in* dum ne fieri contingat aliquid in eadem *geni in* quod alicuius pravitatis exemplo mentes *caſu in* poſſit corrumpere ſubditorum, qui ea que- *trahere in* vident fieri à majoribus facilē ſolent tra- *exemplum.* Ad noſtrum ſiquidem au- *ne in* dientiam noveritis perueniſte quod cùm *autem in* aliquis eligitur in Abbatem Eccleſie ſancti *Byzantiorū* valentiam excedentem. Cùm *autem in* igitur id canonicam non ſapiat puritatem, *autem in* univerſitati veſtræ auctoritate präfencionis *autem in* diſtriictiū inhibemus ne procurationem ho- *autem in* juſuſmodi, niſi vobis alias debeat, occa- *autem in* ſione hojuſmodi exigere de cetero ullato-